

quod subjectum in conclusione eodem
modo repetendum erat: at verò in con-
clusionem subjectum ita ponitur: *Nullius
hominis pars, & sic plures, quàm tres sunt
termini. Dicitur: 1. Tò Cujuslibet & Nullius
sunt signa. E. non pertinent ad subjectum.
Resp. h. l. non sunt signa, quia quando
duo concurrunt signa, alterum in obli-
quò, alterum in rectò casu, illud quod in
obliquò ponitur, rationem signi non ha-
bet, sed id quod in rectò, & ex eò æstima-
tur quantitas propositionis, quod in rectò
appositum est subjecto. Dicitur 2. Si casus
obliqui ad rectos reducuntur, sensus mi-
noris est hic: *Omnis homo est is, cujus altera
pars est anima, & conclusionis: N. homo est
is, cujus altera pars post mortem interit, quæ
coincidet cum primâ conclusione: N. ho-
minis altera pars post mortem interit. Resp.
Si h. m. formantur minor & conclusio,
in sophismate quinque termini sunt satis
manifesti, 1. anima rationalis. 2. post mor-
tem interit. 3. homo. 4. is cujus altera pars est
anima rationalis. 5. is, cujus altera pars post
mortem interit.**

SOPHISMA VI.

Soli homines sunt electi

B 3

O. repro-